sub obtestatione Divini Judicij mandamus.

Sex mensium prescriptio ad novorum Alumnorum probationem concessorum Superiores non arctabit, quominus si deprehenderint Juvenes ad huiusmodi disciplinam, et ad sacros ordines parum aptos etiam intra sex menses praedictos sine mora possint dimittere. Nemo enim in hoc Collegio est alendus qui sine spe solidi in pietate profectus hinc videatur discessurus; Ne forte pravus unius Alumni exitus ea destruat, quae multorum in Religione et pietate profectus aedificaverit; Neque enim quibus severitate poenarum opus est coercendis digni sunt huius vitae instituto; tantum igitur retinendi sunt, qui sua sponte, et amore virtutis, pietatis litterarumque studio valebunt.

Alumni studijs quidem addicti, in pietate vero desidiosi quique suis moribus alios ab ardenti pietatis studio saepe fecerint, aut quomodolibet avertent, vel a rectis consilijs Superiorum ab obedientia abstraxerint, vel huiusmodi facere tentaverint, statim a Seminario dimittantur.

Alumni sine Comite a Superioribus illis adiuncto, Seminario egredi non videant, quod si fecerint, vel extra deserverint, vel eo praefatoribus relicto negotia inbus occulto tractaverint, in Seminario amplius non recipiantur.

Si quis Alumnorum extra Seminarium ebrius fiat, in Seminarium amplius non recipiatur